Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



paucꝰ sunt qui saluantur. Ipse
autem dixit ad illos. Contendite
intrare per angustam portam quia
dico vobis multi querunt in
trare et non poterunt. Cum autem in
trauerit paterfamilias et clauserit
ostium et incipietis foris stare et
pulsare ostium dicentes. Domine a
pri nobis. Et respondens dicet
vobis. Nescio vos unde sitis.
Tunc incipietis dicere. Manducauimus
et bibimus coram te.
et in plateis nris docuisti. et di
cet vobis. Nescio vos unde sit
is. Discedite a me omnis operan
tes iniquitatem in tenebras exteriores.
ibi erit fletus et stridor den
tium. Cum autem videritis abraham
ysaac et iacob et omnes prophetas
in regno dei. vos autem expelli fo
ras. Et venient ab oriente et oc
cidente ab aquilone et austro
et accumbent in regno dei. Et
ecce sunt nouissimi qui erunt
primi. et sunt primi qui erunt
nouissimi. Domica xiiii.

Protector nr aspice deus et re
spice in faciem xpi tui quia me
lior est dies vna in atriis tuis
super milia. Ps. Quam dilecta tabernacula
tua domine virtutum concupiscit et de
fficit anima mea in atria dni. Oratio.
Oportet quesumus domine ecclesiam
tuam propitiatione spiritualiter
a cunctis semper labis humane mo
talitatis tuis semper auxiliis et
abstrahat a noxiis et ad salu
taria dirigat. P. Ad galatis. v.
Fres. Spiritu ambulate et de
sideria carnis non perficietis.
Caro enim concupiscit aduersus
spiritum. spiritus autem aduersus carnem.
Hec enim sibi invicem adversantur.
ut non quecumque multis illa facia
tis. Quod si spiritu ducimini non
estis sub lege. Manifesta autem
sunt opa carnis. que sunt forni
cacio. immundicia. luxuria. ydo
lorum seruitus. venefica. inimi
cie. contencones. emulaciones.
ire. rixe. dissensiones. sectarum
dicie. hominicidia. ebrietates. comes
sationes. et his similia que predico
vobis sicut predixi. quoniam qui talia
agunt regnum dei non consequentur.
Fructus autem spiritus est caritas.
gaudium. spes. pax. patientia. lon
ganimitas. bonitas. benig
nitas. mansuetudo. fides. mo
destia. continencia castitas. ad
uersus huiusmodi non est lex.
Qui autem sunt xpi carnem suam
crucifixerunt cum vitiis et concupi
scentiis. Gradualis. Bonum est confitere i
domino quam confidere in homine. V. Bonum
est sperare in domino quam sperare in prin
cipibus. Alla. V. Quoniam deus magnus
dominus et rex magnus super omnem terram.
Sequentia. Cum ieret. S. lucam. xvii.
iesus in iherusalem transibat per medium